

Universitätsbibliothek Wuppertal

Symbolarvm Libri XVII. Qvibvs P. Virgilii Maronis Bvcolica, Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur

**Vergilius Maro, Publius
Augustae Vindelicorum, MDIC**

Ecloga sexta. Silenus.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-322)

MO. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
 Nam neq; me tantum venientis sibilus Auftri,
 Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
 Saxofas inter decurrunt flumina valles.

85 ME. Hac te nos fragili donabimus antè cicuta.
 Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexim:
 Hæc eadem docuit, Cuium pecus, an Melibœi?

MO. At tu fume pedum, (quod, me cùm sæpe rogaret,
 Non tulit Antigènes; & erat tum dignus amari)

90 Formosum paribus nodis, atq; ære, Menalca.

NEC PERCVSSA IUVANT) Theocrit. Idyll. I. circa A initio, *Arma virumq; cano*: Iureconfulti, & qui dicuntur
 principium.

*A'διον δ' ποιμῶν τὸ τερὸν μέλ', ἢ τὸ καταχθῆς
 τὴν ἀπὸ τῆς πίστεως καταλείβεται ἰσοδύναμον ὕδατος.
 Sunt iucunda magis, pastor, tua carmina, quam qua
 Lympha edens sonitum petra hac distillat ab alta.*

Mirum est, doctos quosdam viros existimasse, loci istius
 Theocritei imitationem subesse illi Virgiliano, qui hac
 eadem Ecloga præcedit.

*Tale tuum carmen nobis, diuine poeta,
 Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
 Dulcis aquæ saliente sitim restringere riuo.*

Sunt autem hi versus Menalca laudantis Mopsū: illi
 verò sunt Mopsi commendantis vicissim Menalcam, & B
 gratiam referentis. Ac sefellisse videntur eos prima hæc
 huius loci verba, *Tale tuum carmen*, quoniam est apud
 Theocritum, *ἀδιον τὸ τερὸν μέλ'*: sed considerandum erat
 alias hic, quàm apud Theocritum esse comparationes,
 &c. HÆC NOS FORMOSVM. CVIVM PECVS) Si-
 nechdoche est, qua ex parte, seu principio totum, totæ,
 inquam, Eclogæ significantur, totus cantus Eclogæ se-
 cundæ, & tertiæ. Hoc modo Persius Æncidem ex eius

Canoniste, leges primis earum verbis citant. Cic. ad Att.
 libellū de senectute sic. Quod verò scribis, te magis dele-
 ctari, *O Tite, si quid ego*, addis mihi scribēdi alacritatem.
 Sunt autem verba illa inchoantia librum ipsum. Inspici-
 as licet, quæ in illud, *Arma virumq; cano*, præter cætera
 scripsimus: nam hic plura non dicam. Animaduertenda
 enallage in illo, hæc nos docuit illa carmina, pro, hac nos
 didicimus illa canere. Iacob. Pont. SYME PEDVM FOR.
 P. N. AT QVE ÆRE) Pedum est baculum incuruum, quo
 pastores vtuntur ad comprehendendas oues, aut capras,
 à pedibus. Festus. Et animū quo dat, & munus quod dat
 vides quomodo commendet? Non dedi Antigēni, quā-
 uis digno (dignus enim erat amari: qui amantur, quid nō
 merentur?) quamuis sapius roganti: tibi nec semel ro-
 ganti volens libens do, munus non inelegans, & pasto-
 ritium. Laus doni duplex, quia pulchrè distinctum ac va-
 riatum nodis, & ornatum ære. Aut simplex, si *nodis atq;
 ære* accipias pro nodis æreis, vt, *pateris libamus & auro*.
 Inest etiam exemplum hîc grati animi: donatus vicissim
 donat, nec committit, vt beneficio victus videatur. Ia-
 cob. Pont.



Ecloga sexta. Silenus.
 SYNOPSIS.



*M*lti modis inscriptam ab eruditioribus hanc Eclogā inuenio. Ab his Metamorpho-
 sin, nempe à rerum quas recenset, transmutationibus. Ab illis Theologiam, quòd eæ
 ipsæ, quanquam commentitiæ narrationes, quædā gentium Theologia sint. Ab aliis
 Varum, quoniā in ea Quintilius Varus, sicuti in quarta Pollio, laudibus feratur.
 Silenum nomen vulgò ei præponitur. Virgilius igitur, quod in eius vita docuimus,
 in Epicuri castris militauit, ac Sironem audiuit, condiscipulo Quintilio Varo, qui postmodum ab
 Augusto missus in Germaniam, cum tribus legionibus ibidem oppetiit. Huic vt gratum faceret, Si-
 lenum Bacchi pedagogum, nutritoremque, appotum illum quidem, non imperitè tamen de mundi
 ortu, ac genitilibus rerum corporibus, quibusdamque naturis, secundum Epicureorum placita dis-
 ferentem introducit, cùm esset captus à pueris pastoribus, promissaq; illis carmina cogeretur persol-
 uere. Volunt nonnulli Maronem hoc figmentum inde mutuatum, quod traditum sit, Silenum ebri-
 um, & vinculis constrictum Mide regi varia prædixisse. Sed quia istiusmodi argumenta à bucolica
 materia, humilitateq; remotiora videtur, haud ita multum illis immoratus, ad fabulas dilabitur,
 quas aceruatim ac strictim attingit omnes. Non obscure principio indicatum est, quod de fine bo-
 norum ab illo voluptatis assertore Epicuro disputari solitum scribit in 1. de finib. M. Tullius. Simi-
 litudinem quandam huius Eclogæ gerit, quæ est apud Nemesianum tertia, & Pan inscribitur, ubi
 ille deus pueris, qui fistulam sibi dormienti surripuerant, Bacchi ortum, educationem, & vini mu-
 nera cantando exponit.

EX-



Rima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra, nec erubuit sylvas habitare Thalia.

Cum canerem reges, & praelia, CYNTHIVS AVREM
VELLIT, & admonuit: PASTOREM, TITYRE, PINGVES

5 PASCERE OPORTET OVES, deductum dicere carmen.

Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)

Agrestem tenui meditabor arundine Musam.

Non iniussa cano: si quis tamen hæc quoque, si quis

10 Captus amore leget, te nostræ, Vare, myricæ,
Te nemus omne canet. nec Phœbo gratior vlla est,
Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

PRIMA SYRACOSIO) Romana, inquit, Musa nõ A
erubuit se sylvis ante committere: id est imitari Theo-
critum Syracusanum, & cantare Bucolica. Syracosio autem
tem græcè ait, nam latinè Syracusanus dicimus. Seruius.

Sed cum ordo verborum hic sit: prima nostra Thalia
dignata est ludere versu Syracosio, vellem ego vocem
prima ἑπιρρηματικῶς, pro prius accipere: quod poetas ad-
uerbiorum vice adiectiuus uti solere non ignorem: se-
quentes videlicet in eo duces suos poetas Græcos: im-
mo etiam scriptores τῶν ἑξ ἁρῶν, idem enim, idq; utro-
que numero faciunt: nam æquè τὰ πρῶτα, ἢ τῶν ἑξ ἁρῶν
dicunt, pro, primò. Interpretabimur itaque versiculum
primum Flacci Argonaut. Prima deum magnis canimus
freta pernia nautis, hoc modo: maria deorum, quæ pri-
mum Argonautæ (illi enim sunt magni nautæ) transmit-
tere potuerunt, & quæ postea hominib; alijs reddita sunt
nauigabilia. Virgil. iterum Georg. 1. Flos apprima tenax
(sic enim legendum) pro apprimè. Vide insuper ad 1.
Æneid. ibi, Prima quod ad Troiam pro charis gesserat
Argis. Addam hoc παρέρχων, Syracusas olim fuisse
potentissimam, & amplissimam ciuitatem Siciliae, cui
etiam cum Carthaginensibus bella intercesserunt. Ex
scribit Diodorus lib. 2. cap. 2. Dionysium exercitum
eduxisse peditum centum viginti, equitum duodecim
millium. Iacob. Pont. NEC ERVB. SYL. HAB. THAL.)

ἑπιρρηματικῶς siquidem Apollonij interpres obseruauit γεωρ-
γίαν, καὶ τὴν πρῶτὴν τὰ φῦτὰ παραγματεῖαν ἐνρηκίνας. Poeta
quoq; epigramm. græco Καρικὸν εὖρε δάλα βίον τε, καὶ
ἦθεα κεδνέ. German. * Carmen suum Martial. lib. 4. Vocauit
Thaliam suam. gressu timet ire licenti Ad matutinū nostra Thalia
Iouem. Virgil. quoque exordiens Culicem. Lusinus, Octauī,
gracili modulante Thalia. Hic Thalia valet Musam, Musa car-
men, in vnum verbum synecdoche, & metonymia concurrentibus.

QVVM CANEREM REGES, ET PRÆLIA, &c.) Persimilia
his, & eiusdè pæne sensus memini legere apud multos.
Primus procedat Horatius lib. 4. Ode 15.
Phœbus volentem praelia me loqui,
Victas & vrbes, increpuit lyra,
Ne parua Tyrrenum per aquor
Vela darem.

Ouid. principio Elegiar.
Arma graui numero, violentaq; bella parabam
Edere, materia conueniente modis.

Et quæ deinceps adiungit. Idem se à caractere grandilo-
quo ad elegorum tenuitatem à Cupidine reiectum
his verbis testatur. Deq; cothurnato vate triumphat Amor.
Propertius item lib. 3. eleg. 3. se carmen heroicum
canere molientem, per Apollinem ab audaci instituto
reuocatum conqueritur.

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra;
Bellerophontai quæ fluit humor equi,
Reges Albatuos, & regum facta tuorum
Tantum operis nervis hiscere posse meis,
Paruaq; tam magnis admoram fontibus ora,
Vnde pater sitiens Ennius ante bibit,
Et cecimit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaq; Emilia vecta trophæa rate,
Victricesq; moras Fabij, pugnamq; sinistram
Cannensem, & versos ad pia vota deos,
Annibalemq; lares Romana sede fugantem,
Anseris & tutum voce fuisse fouem:
Cum me Castalia speculans ex arbore Phœbus,
Sic ait, aurata nixus ad antra lyra.
Quid tibi cum tali demens est flumine? quis te
Carminis heroi tangere iussit opus?
Non hic vlla tibi speranda est fama Properti,
Mollia sunt paruis prata terenda rotis, &c.

Tibull. lib. 4.

Alter dicat opus magni mirabile mundi,
Qualis in immenso descenderit aëre tellus, &c.

Anacreon Ode 1.

Θάλα λήγειν Ατρείδας, Cantem libens Atridas,
Θάλα ἢ κέλευρον ἀδελφῶν: Cantem libensq; Cadmum;
Ἄβάρβιτος ἢ χόρολος Sed barbiti mihi sonum
Ἐρωτῶ μῦνον ἠχῆ, &c. Nerui sonant amorem, &c.

AVREM VELLIT) Quemadmodum aliæ corporis partes
dijs alijs, ita auris Mineruæ consecrata est. Quod re-
spexit Plin. etiam lib. 11. cap. 45. dum ait. Est in aure ima
memoriæ locus, quem tangentes antestamur (non, at-
testamur, quanquã Erasmus sic legat) sic Horat. & licet
attestari, ego verò Oppono auriculam. Brod. lib. 5. c. 36.

Quoniam verò membra, seu partes corporis dijs certis
esse consecratas diximus, perutile fuerit id ipsum distin-
ctius cognoscere. Frons itaque dicata fuit Genio. Quare
Genium venerantes frontem tangebant. Ioui caput,
Mineruæ oculi, & digiti, Iunoni brachia, dextra Fidei,
Neptuno pectus, Marti cinctus, partes quibus sexus dis-
cernitur, Veneri, genua Misericordiæ, pedes Mercurio.
Vnde illud Homeri.

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελθ' δὴ τέρψιν ἐγενῶ,
Ἄρει δ' ἄρην, εἴενα δ' ποσὶ δάωνι.
Oculos & caput similis Ioui fulminatori,
Martii cinctum, Neptuno pectus.

Astrologi quoq; hominum membra signis cælestibus
assignant, caput Arieti, cervicem Tauro, humeros Ge-
minis, cor Cancro, pectus Leoni, ventrem Virgini, re-
nes Librae, partes procreatrices Scorpio, femur Sagitta-

rio, genua Capricorno, tibias Aquario, pedes Piscibus. A
Qua de re etiam extant versus Manilij.

*Namque Arias capiti, Taurus cervicibus haeret,
Brachia sub Geminis censentur, pectora Cancro.
Te scapula Nemeae vocant, seq. ilia Virgo.
Libra colit clunes, & Scorpius inguine regnat,
Et femur Arcitenens, genua & Capricornus amavit.
Cruraq. defendit Iuuenis, vestigia Pisces.*

Hæc tametsi ridicula, quin Philologi scire interfit, caue
dubites. Vberius de hoc argumento Iunius lib. 4. cap. 11.
Gyraldus Syntag. de or. 1. Videndus etiam Plinius lib. 11.
cap. 45. & Alexand. ab Alex. lib. 2. cap. 19.

Est ergo *æsequi vides aurem vellere*, pro, memorem
facere, redigere in memoriam. Virgil. in Copa.

*Pone merum, & talos, pereat qui crastina curat.
Mors aurem vellens, vivite, ait, venio.*

Imitatus est hoc Calpurnius in Bucol. suis, & ad rem
transtulit. *vellit nam sapiens aurem Invida paupertas, &
dicit, vilia cura, Quamuis possit hoc loco paupertas pro
dea accipi.* Sen. lib. 4. de Benef. Nec tanquam munus da-
bo, sed verba mea redimam, & aurem mihi peruellam,
damno castigabo promittentis temeritatem. Rursus
lib. 2. Loquar tecum, & aurem mihi peruellam. Hoc
est, ero mihi ipse monitor, ne similiter peccem. Vtitur &
aliquot alijs locis, vt in epistola quadam. Sit ergo aliquis
custos, & aures subinde peruellat, abigatq. rumores, &
reclamet populis laudantibus. Hæc ex Chiliad. ET AD-
MONUIT) Quid differant admonere, obiurgare, mone-
re, submonere, docet Cornel. Fronto. Obiurgat eum,
cuius habet potestatem: Monet propter benevolentiam:
Admonet, vt confirmet memoriam: Submonet, vt
possit ordinatè pronuntiare. Igitur in obiurgatione po-
testas, in monente benevolentia, in admonente memo-
ria, in submonente officium. PASTOREM PAS. OP. O-
VES) Non aliud dicit, quam quod Apelles illo suo, Ne
futor ultra crepidam. Huius notæ est, Spartam quam es,
nactus, orna. Cic. 1. Tusc. de Aristoxeno Musico & Philo-
sopho, de natura animi inscitè & ineptè philosophante:
Sed hic quamuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro con-
cedat Aristoteli, canere ipse doceat. Benè enim illo græ-
corum proverbio præcipitur: *Quam quisque norit ar-
tem, in eadem se exercent.* Item Propert. lib. 2. eleg. 1.
Qua pote quisque, in ea conterat arte diem. Hisce tempo-
ribus dum omnes omnia scire videri volumus, ideo res
nostræ sursum ac deorsum feruntur. Et inveniuntur
multi, vix etiam suisbus pascendis idonei, qui aggrediuntur
corrigere sapientes. Quomodo autem Eclog. 1. ita
hic sub Tityri nomine semetipsum indicavit poeta. Iac-
cob. Pont. DEDUCTVM CARMEN) Metaphora à la-
na, quæ dum tenuatur, in filum deducitur. Quintil. lib. 8.
cap. 2. At illud iam non mediocriter probandum, quod
hoc etiam laudari modo solet vt propriè dictum, id est,
quo nihil inueniri possit significatius: vt, Cato dixit Cæ-
sarem ad euertendam Rempub. sobrium accessisse: vt
Virgilius deductum carmen, & Horatius acrem tibiam.

Deductum, ait Macrob. Saturnal. lib. 6. cap. 4. pro tenui
& subtili eleganter positum est. Sic autem & Afranius
in Virgine: verbis paucis respondebit, tristi voce deduc-
ta: malleq. se non quicuisse dixit. Item apud Cornificium,
deducta mihi voce garrienti. Sed hæc ab illo fluxerunt,
quod Pomponius in Atellana, quæ Calendæ

Pergite Pierides, Chromis, & Mnasyllus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesternis venas, vt semper, Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant:

Et

Martia inscribitur, ait: *vocem deducas oportet*, vt mulieris
videantur verba: *iube modo afferatur vnus, ego vocem
reddam tenuem, & tinnulam.* Et infra. *Etiã num vocem
reddam tenuem.* Vide insuper Indicem Erythraei, voce
Deductum, vbi multa non indoctè disputata sunt.

Seruius interpretatur tenue carmen, à lana videlicet
quæ deducitur in tenuitatem, vt supra diximus. Cum
qua sententia consentit illud Horatij, *tenui deducta poe-
mata filo.* Græcorum imitatione, qui *ἄλυσιν* dicunt, pro eo
quod est voluere, & filum nendo deducere, & *ἄλυσιν* ē-
ειν: à quo sensu quamobrem diffideat Erythraeus, non
fatis intelligo. Propertius de Cynthia ad vocem transtu-
lit. *Et mea deducta carmina voce legis.* Et Tibullus pro-
priè, *positaq. lucerna Deducat, pleno stamina longa colo.*

German. NAMQVE SVPER TIBI ERVNT) Qui ad
clarum aliquem virum, cuiusq. res aut bello, aut pace
gestæ laude dignæ sunt, aliquid scribunt: nec ipsos toto
pectore prosequuntur, & quasi argumentum suæ ipso-
rum scriptionis faciunt, aliquo modo apud illos offendunt:
viderique possunt minimè studiosi esse ipsorum
dignitatis. Relictis enim alijs rebus omnibus, factis eo-
rum celebrandis operâ darent. Auctores namq. præcla-
rorum facinorum, cum pro aliorum salute commodiq. mu-
tum laborarint, putant debere cunctos mortales studia
sua, periculaq. cōmemoratione earum rerum compen-
sare. Hoc vidit egregiè scriptor eruditus Isocrates, reme-
diumq. huic malo adhibuit. Namq. ad Philippum Macedo-
nē scribens, suadensq. illi, vt pacificatis rebus publicis,
Græcorum bellum in Asiã trãferret, cum regis illius ipsius
res bello gestæ multæ magnæq. forent, quæ polcere vi-
debatur, vt ab omnibus explicarentur, monumentisq. li-
terarum ab ingeniosis viris mandarētur, se purgat, quod
alias res agat, qui in primis illas ferre, ac posteritati trade-
re poterat, docens, non defuturos illi scriptores rerum
suarum: huiusmodi namque esse facta ipsius, bellaq. vt
inuentura sint plures laudatores. Quare posse ipsum si-
ne damno, imminutioneq. gloriæ illius alijs rebus in-
cumbere, quæ tamen & ipsæ illi, si effectæ fuerint, ma-
iorem verioremque laudem tempore allaturæ sint, &c.
Virgilius autem & ipse hoc fecit, & (vt suspicor) exquisi-
tum hunc, prudentemq. scriptorem imitatus est. In hac
enim Ecloga, quam misit ad Varum, virum fortem, bel-
licisq. rebus clarum, cum, si amicus illi esset, videretur
debere gloriæ ipsius seruire, & tamen humile carmen
conderet, ait, *Nunc ego, namq. tibi, etc.* Victor. lib. 19. c. 4.

Iterum pollicetur Eclog. 9. fore, qui facta eius ad cæ-
lum vocent suis versibus.

*Vare tuum nomen, superet modo Mantua vobis,
Certantes sublimè ferent ad sidera cygni.*

Quantopere hunc virum dilexerit Maro, demonstrat
Horatius Ode 24. lib. 1. vbi eius obitum lugere acerbissi-
mo luctu fingitur, eum Musa blandè consolatur. Iac. Pont.
NON INIVSSA CANO) Vel ab Augusto, vel à Mæcenate,
vel à Pollione iussa. TE NOSTRÆ VARE MYRICÆ) Vari
memoriam se in scriptis suis rusticis celebraturum reci-
pit. NEC PHOEBO GRATIOR PAGINA) Nihil Apollini
gratius esse illis scriptis, quæ Vari nomen præfixum ha-
beant, id est, quæ Varo dicata sint. Quibus verbis non
obscurè indicat Maro, hunc Varum bonarum artium,
in primisq. poetarum amicum, & patronum haud vulga-
rem fuisse. Talibus viris potissimum suos offerre libros
debent, qui scientias liberales tractant.

Et grauis attrita pendeat cantharus ansa.
 Aggressi (nam saepe senex spe carminis ambos
 Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula fertis.

- 20 Addit se sociam, timidisq; superuenit Ægle,
 Ægle Naiadum pulcherrima: iamq; videnti
- Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
 Ille dolum ridens, Quò vincula nectitis? inquit,
 Soluite me pueri: satis est potuisse videri.
- 25 Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
 Huic aliud mercedis erit. Simul incipit ipse.

PERGITE PIERIDES) De nomine Pieridum A
 locuti sumus Ecloga 3. ibi, *Pierides vitulam lectori pasci-*
te vestro. INFLAT. VEN. IACCHO) Rectè, venas in-
 flatum, siquidem vinum auctore Isidoro lib. 20. cap. 3.
 dictum est, quòd eius potus sanguine venas citò repleat.
 Ouid. etiam aptè huic etymo, *Vt solet infuso vena redire*
mero. Varro tamen lib. 4. vinum à vi deducit. Hinc tra-
 xit sua Nemesian. eclog. 3. de Sileno.

*Ex illo venas inflatus nectare dulci,
 Hesternòq; grauis semper ridetur Iaccho.*

De Serrano iuvene vinolento, similiter vt hic de Sileno
 madido loquitur. In Rutulorum castris ille versabatur,
multòq; iacebat Membra deo victus. Æneid. 9. Quæ po-
 litissimus Lucretius lib. 3. de vino intemperantius hau-
 sto confirmat, seu de effectis temulentia memorat, ea
 huic loco affinia quoniam existimo, apponam: in Sile-
 no etenim vinosum aliquem, seu vini gurgitem, & *βαρ-*
χόληνον considerare possumus, qui saepe venas inflati iac-
 cent, & neque animo, neq; corpore officium faciunt.

*Deniq; cur hominem cum vini vis penetravit
 Acris, & in venas discessit diditus ardor,
 Consequitur grauitas membrorū? præpediuntur
 Crura vacillanti? tardescit lingua, madet mens?
 Nant oculi? clamor, singultus, iurgia gliscent?*

Iacob. Pont. PROCVL TANTVM CAPITI DELAP.)
 Aliter quam ab interpretibus explicandum nobis est.
 Puto enim eum dicere, procul à capite ebrij, & somno
 obruti iacuisse ferta, quibus in computationibus se redi-
 mire olim solebant: tantum tamen capiti fuisse delapsa,
 alioqui illæsa, & integra, non rupta, non fracta, non
 pressa, etiamsi procul iacebant: Turneb. lib. 13. cap. 4.

Apud veteres nullum fuisse coronarum usum, docet Clemens
 Alexand. in Pædagog. Ibidem, Coronati florum delectationem per-
 dunt. Non vident, quia supra caput est. Non odorantur, quia in-
 strumentum odoratus est infra. Haud dissimilia Tertullian. lib. de
 Corona militis. GRAVIS CANTH. ATTRITA. A) Quia
 grauis cantharus, sine dubio etiam magnus: & attrita
 ansa, quia frequenter nimis ducebat illud poculum. At-
 teritur autem assiduitate etiam ferrum, nedum lignum.
 Liberi patris poculum peculiari nomine dictum est *can-*
tharus, sicut Hercules Heracleum. Fecit igitur aptissimè
 Virgilius, cum id Sileno, Bacchi educatori tribuit. Ita
 non est temere positum vocabulum *cantharus*. Nota-
 uit Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 21. Iacob. Pont. IPSIS
 EX VINCULA SERTIS) Sic & Anacreon in Cupi-
 dinem.

Αἰ μῦσαι δὲ ἐρωτα ἴψισμετ ἐ coronis
 Δυσάσασε φάνοισι Fecere vincla Musa,
 Τῶ κἀλλει παρὲδωναν. Quibus obligatū Amorē
 Dedere sic Decori,

TIMIDIS) Timidis pro timentibus. Nam timidus est
 qui semper timet, hoc est, qui habitu præditus est.
 [Qui facile timet, dicendum fuisse: nam æquè falsum est, timidū
 semper timere, & cupidū semper appetere, iurgiosum semper iurgari.]

Timens verò, qui ad tempus formidat, ex causa. Aut
 reuera timidus, quia pueris naturaliter per ætatē inritus
 est timor. Seruius. IAMQVE VIDENTI) Terent.
 Eunuchò, *Viuus videnesq; pereò.* vbi Donatus, bene
 addidit, videns. Nam viuus perit, qui etiam dormiens
 opprimitur: videns autem, qui vigilans vim patitur, &
 perit. Nam videre pro vigilare posuit. Mox locum hunc
 Maronis profert, additq; ergo viuus, nō mortuus: vi-
 dens, nō dormiens. SANG. FRONT. MOR. ET TEMP. P)
 Per lusum inducitur seni faciem mori succo oblinere
 nympa. Est autem adagium, os sublinere, pro eo quòd
 est, dare verba, & arte quadam illudere. Reperitur ali-
 quoties apud auctores. Nonius tractum putat à ridicu-
 lo lusus genere, quo dormientibus ora pingebant. Plaut.
 Aulul. *Fidei consebam maximam fidem esse, Ea subleuit*
os mihi penissimè. Idem alibi. *Os mihi probè sublitum est.*
 Idem Epid. *Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium*
minus hominem quam doctum, minusq; ad rem callidum,
os sublitum esset. Chiliad. SATIS EST POTUISSE VIDERI)
 Sufficit quia potui à vobis videri. Quòd ideo dicit, quia
 femidei cum volunt tantum videntur, vt Fauni, Nym-
 pha, Silenus. Ita Seruius.

Venustum sanè apud poetas vsus habet hoc verbū
possum, quando cum alijs verbis coniunctum, eorum
 vicem paraphrasticè implet, vt cum potuisse aliquem
 dicere, vel facere aliquid, pro dixisse, vel fecisse scribunt.
 Exemplum hoc sit primum. Deinde Æneid. 1. Venus.
 C *Antenor potuit medijs elapsus Achiuis Illyricos penetrare*
sinus. Et 7. Iuno. *Ast ego magna Ionis coniux nil linguere*
inausum Quæ potui infelix. Pro, nihil inausum reliqui.
 Et lib. 12. Turnus. *miseri te si qua parentis Tangere cura*
potest. Iam Ouidius hac loquendi figura tam crebrò uti-
 tur, vt eam studiosissimè videatur affectasse. Siquidem
 ipsius hæc sunt Metamorph. lib. 1.

*Sanctius his animal, mentisq; capaciùs alta
 Deerat ad huc, & quòd dominari in cætera posset.*

*Et.
 Si qua domus mansit, potuitq; resistere tanto
 Indeicta malo.*

*Et.
 Sed leue si munus sociæ generisq; thoriq;
 Vacca negaretur, poterat non vacca videri.*

Et lib. 4. *tempusq; subibat. Quòd tu nec tenebras, nec posses*
dicere lucem. Et lib. 8. *Sape lapis poterat, arbor quoque*
sæpe vocari. Statius quoque isto lepore vsus est, cum de
 Capaneo dixit. *paulum si tardius artus Cessissent, potuit*
fulmen meruisse secundum. Quin & Martialis lib. 2.

*Eia age rumpe moras, quò te spectabimus vsq;?
 Dum, quid sis, dubitas, iam potes esse nihil.*
 Et lib. 10.

*—possem nisi munus amare
 Marce tuum, poteram nomen amare tuum.*

Testimonia ex Iuuenale, Claudiano, Propertio, Ti-
 bullo,

bullo, Plauto, Horatio, Lucretio, breuitatis causa præ- A VLT. COGNOS.) Nemefian. eclog. 3. *pueri, si carmina*
 tereo: & res satis est manifesta. Qui uolet, ea sibi petat *poscitis, inquit, Ipse canam.* Discant pueri nostri ab his
 ex Gulielm. Cantero lib. 2. cap. 2. CARMINA QUÆ pueris teneri carminū magis, quam ludorum, desiderio.

Tum verò in numerum Faunosq; ferasq; videres
 Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
 Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes,
 30 Nec tantum Rodope miratur & Ismarus Orphea.
 Namq; canebat, vti magnum per inane coacta
 Semina terrarumq;, animaq;, marisq; fuissent,
 Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
 Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
 35 Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
 Cæperit, & rerum paulatim sumere formas.
 Iamq; nouum terræ stupeant lucescere solem,
 Altius atq; cadant summotis nubibus imbres:
 Incipiant syluæ cum primùm surgere: cumq;
 40 Rara per ignotos errent animalia montes.

TVM VERO IN NUMERVM) Numerum hoc Aneque villo in tempore esse periturum: immortalem
 loco in saltatione posuit. Et sanè Plato, & Aristoteles
 quoq; numerum in motu ponunt. Sic Æneid. 6. *Oblo-*
quitur numeris septem discrimina vocum, id est, saltanti-
bus canit: id enim est obloqui numeris, cum paulò ante
dixisset, Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina di-
cunt. Turneb. lib. 28. cap. 46. Lucret. lib. 4. *non est mi-*
rum simulachra moueri Brachiaq;, in numerum iactare,
 &c. Idem lib. 5. *Atq; extra numerum procedere membra*
mouentis Duriter. Et Horat. *Nil extra numerum fecisse*
modumq; Curas. Credo apud Catullum, in modum, huic
 respondere, *in modū dicite, ò Hymenæe hymen.* German.
 * *Tanquam si caneret Orpheus, ita non Fauni solum, sed & fera, &*
arbores delimita suauitate exultabant. Immo quiddam non tan-
tum Orpheo, sed & Phæbo, visus est excellentius præstare. Huiusce-
modi hyperbolis nihil est poetis & statius cum laudant. Parnassus
Apollini sacer est, mons Thessalia, Rhodope & Ismarus Thracia.
Thrax autem Orpheus, quem credibile est prope, vel in istis montibus
solum fidibus canere. NAMQVE CANEBAT VTI) Vir-
 gilius præter vulgaria argumenta carminis pastoritij, Sil-
 lenum pinxit vniuersa pæne natura, ac serire fatorum.
 Quod ne quis vituperet è Criticis, qui pauca de recen-
 tioribus discunt, de præcis multa iudicant temerè, po-
 nam hîc rationem, quam ex quindecim commentarijs
 nullus inuentus est, qui agnouerit. Sanè veterum mo-
 numentorum præter ceteros mortales scientissimum
 vbiq; diuinum illum virum prædicauimus, atque ita ve-
 rum est: *Quo enim quis doctior est, eo maiorem in eius*
scriptis deprehendit eruditionem. De Sileni ergo cantu sic
 scriptum est apud Ælianum ex Theopompi historijs.
 Apud Midam Phrygiæ regem multa, ac præclara ex an-
 tiquorum opinionibus atque placitis enarrata. Alterum
 ab hoc mundo mundum existere: inq; eo varia, quæ inde
 petenda sunt. Ea verò cum essent ἀτοπα homini ciuili,
 emolliuit Poeta fatali sua illa dexteritate. Neq; vero ex
 Theopompo solum agnoscas Sileni numen naturæ, fati-
 q; peritum: sed ex Atheniensium quoque, atque alio-
 rum Græcorum persuasionem, quemadmodum candidi-
 simè docet nos in suo symposio Plato. Scalig. Poet. lib. 1.
 cap. 4.

De origine mundi, rerumq; principijs quàm diuersa
 fenserint Philosophi, consulatur Plutarchus de placitis
 philosophorum, lib. 2. cap. 4. & lib. 1. cap. 3. & 6. Non-
 nulla item Arnobius in lib. 2. quæ subtexam. Mundum
 quidam ex sapientibus existimant neque esse natum,

nonnulli, quamuis eum conscribant esse natum & ge-
 nitum. Tertijs verò collibitum dicere est, & esse natum,
 & genitum, & ordinaria necessitate periturum. Et cum
 existis opinionibus trinis vnam tantum esse necesse sit
 veram, cunctis tamen argumenta non desunt, quibus &
 sua decreta confirmet, & aliorum subrumpan, ac la-
 befaciant scita. Eundem hunc alij ex elementis quatuor
 tradunt, & pronunciant stare, ex geminis alij, ex singulis
 tertij. Sunt qui ex his nullis, & indiuidua corpora eius
 esse materiam, et primam originem dicant, &c. Nobis
 Christianis quid de origine, fabricatione, ornatuque
 mundi sentiendum sit, propheta Moses docet primo &
 altero capitibus Geneseos, filo minimè vberi, citra fu-
 cum, colorem, artificium: sensibus tamen, & recondi-
 tis intelligentijs eo vsque grauitè, subtiliter, admirabi-
 liter, vt neque in molitione ista omnium maxima ipsius
 molitoris declaratam bonitatem, potentiam, sapientiã:
 neq; naturarum effectarum multitudinem, proprietatem,
 vtilitatem, dispositionem mente complecti quis spi-
 am satis queat. De mundo qui plura uolet, adeat Philo-
 nem de opificio Dei, Basilium in Hexaëmeron, & eius
 paraphrasten, seu potius interpretem Ambrosium,
 Gregorium Nyssenum, Augustinum de Genesi ad lit-
 teram, Theodoretum de Prouidentia, Iosephum lib. 1.
 Antiquitatum, seu Originum Iudaicarum, cap. 2. M.
 Tullium, 2. de Nat. deor. Eiusdem fragmentum Timæi,
 seu de vniuerso, ex Platone conuersum. Plinij cap. 1. 2.
 3. & reliqua deinceps libri secundi. Iacob. Pont. MA-
 GNUM PER INANE SEM.) Sæpe Lucretius inane magnum
 vocat, & idem rerum semina, prima corpora, & ato-
 mos. Magnum autem inane, vacuum accepisse videtur:
 non solum siquidem Epicurei, sed & Stoici vacuum
 astruxerunt, idque infinitum. Vnde & magnum, in cuius
 vacui infiniti parte mundum comprehensum, agita-
 tum, iactatumq; existimarunt: quorū opinionem refel-
 lit Aristoteles, in libro de Physico auditu, & de Cælo:
 item Aphrodis. Fuit autem Democriti, & Leucippi
 sententia, ἀεὶ κινεῖσθαι, τὰ πρῶτα σώματα ἐν τῷ κενῷ, ἢ τῷ ἀ-
 πείρῳ, vt videre est de Cælo lib. 7. Vt autem Democrit^o
 corpus, & inane posuit rerum principia, & atomos
 semper mobiles: sic & affirmabat mundum earum ato-
 morum fortuito concursu coaluisse, & coisse: quin &
 infinitos mundos alios, pro vt atomi per inane infini-
 tumq;

iactata, in mundos conducta sunt, & concreuerunt, qui A tamen per atomorum concretionem durarent, & per secretionem, vel dissipationem corrumpentur. Hic autem poeta ad Epicuri, Lucretij, Sironisq; praeceptoris disciplinam alludit, quibus τὸ κενὸν φύσις ἀναφύσ, vt alijs quoq; σώματ' ἰδέσθαι habetur. Vnde Lucretius lib. 1. Quapropter locus est intactus inane, vacansq; German.

Seruij luculentam explicationem proponam tibi in hunc versum. Variæ sunt philosophorum opiniones de rerum origine. Nam alij dicunt omnia ex igne procreari, vt Anaxagoras: alij ex humore, vt Thales Milesius. Vnde est, Oceanumq; patrem rerum. Alij ex 4. elementis, vt Empedocles, secundum quem ait Lucretius, Ex B imbri, terra, atq; anima nascuntur, & igni. Epicurei verò quos nunc sequitur, nihil horum comprobant: sed dicunt duo esse rerum principia, corpus, & inane. Omne enim quod est, aut continet, aut continetur. Et corpus volunt esse atomos, id est, quasdam minutissimas partes, quæ τὸ κενόν, id est, sectionem non recipiunt: vnde & atomi dicta sunt, quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusus per fenestram radijs solis videmus. Dicit enim illis nec visum posse accidere. Inane verò dicunt spatium, in quo sunt atomi. De his itaque duobus principijs volunt quatuor ista procreari, ignem, aërem, aquam, terram: & ex his cætera, vt illa duo elementa sint, hæc verò quatuor syntheta, id est, composita ex alijs duobus, prestent originem alijs omnibus reb? Hac autè ratione probant ex atomis, & inani esse omnia, quòd nihil est in rerum natura, quod non & corpus habeat: & quia non recipit sectionem, indicet etiam inanitatem. * Hisce versibus Maronianis de rerum ortu, quæst. è regione respondent, qui sunt apud Tibull. lib. 4.

Alter dicat opus magni mirabile mundi,
Qualis in immenso descenderit aëre tellus,
Qualis & in curuum pontus confluerit orbem,
Et vagus è terris qua surgere nititur aër,
Huic & contextus passim fluat igneus aether,
Pendentiq; super claudantur vt omnia celo.

ANIMÆ QUE) hoc est, aëris. Sic lib. 8. Quantum ignes, anima q; valent. Cic. in Timæo. Ita contigit, vt inter ignem, & terram, aquam deus, animamq; poneret, eaq; inter se compararet, & proportionem coniungeret, vt, quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ: quòd q; anima aquæ, id aqua terræ proportionem redderet. Et Orat. perf. de parricidis in culeum insutis. Ita viuunt, dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant. Quam hic animam, paulò antè vocarat spiritum. Quid enim tam commune, inquit, quàm spiritus viuus, terra mortuis? &c. Varro in 1. de re rust. cap. 4. Agriculturae principia sunt eadem, quæ mundi esse scribit Ennius. Aqua, terra, anima, sol. Et Lucret. lib. 1.

Adde etiam qui conduplicant primordia rerum,
Aëra iungentes igni, terramq; liquori:
Et qui quatuor ex rebus posse omnia rentur,
Ex igni, terra, atq; anima procreare, & imbri.

Rursus lib. 5.

Principio quoniam terræ corpus, & humor,
Auratumq; leues animæ, calidiq; vapores,
& quibus hæc rerum consistere summa videtur.

Et lib. 6.

Nec mirum, cum plena anima vesicula parua
Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente.

Sic vocat etiam expirationes & halitus. Agens enim de terramotu lib. 6. quas exitus hic animæ Disturbat vber, & terra motus obortus? Infra.

Quod nisi prorumpit, tamen impetus ipse animæ,

Et fera vis venti per crebra foramina terra
Dispertitur.

Animas porrò vocauit etiam ventos Horat. Ode 12. l. 4. Jam veris comites, quæ mare temperant, Impellunt animæ linthea Thracia.

Virgilius videtur vocasse animos 1. Æneid. loquens de Aeolo, mollitq; animos: siquidem animus, vt Cicero ait 1. Tuscul. ab anima dictus est. Præterea vocem anima, scriptores magni in significato spiritus, siue halitus ponunt. Plaut. Asinar. animam adepol suauiore, quam vxoris meæ. Idem Aulul. Sed me animam recipere sinasterogo. Terent. Phormio. Animam compressi, aurè admoni. Cic. Frumentaria. Qui non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset, Iacob. Pont. ET LIQUIDI SIM. IGNIS) Vox liquidus, variè sumitur, vt Nonius testatur. Ignis dicitur liquidus, quia clarus, vel quia latè diffusus. Seruius puri æthera exponit. Egregiè Turneb. lib. 10. cap. 8. Mirum videtur non solum nobis, quòd liquidum ignem dixerit, sed etiam doctissimo viro Macrobio lib. 6. Saturnal. c. 5. Quæ tamen adiectio ita Maroni arrisit, vt suum bucolicum carmen hac tanquam gemma ornandum sibi putarit. Sic autem scribit Lucretius lib. 6.

Hac etiam fit vt de causa nobilis ille
Denolet in terram liquidi calor aureus ignis.

Maro, & liquidi simul ignis. Liquor enim qui aquæ, & humoris proprius videtur, quo tandè pacto ardori tanto, siccitatiq; conuenire potest? Sed liquidum etiam appellatur, quod defæcatum, quod purum, quod non turbidum, quod clarum, quod sincerum, à vino colis defæcato ducta translatione: qua notione liquidum ignem dici reor, purum, non admixtum, neque inquinatum à fumo. Sic liquidum lumen à Lactantio dicitur, lib. 6. c. 11. Aliud verò, inquit, ille à nobis exigit lumen, & quidem non fumidum, sed, vt ait poëta, liquidum atque clarum, mentis scilicet. VT HIS EXORDIA PRIMIS OM.) Quæ hic exordia, aliàs primordia, principia, initia, elementa. Sed Lucretius pro exordia etiam ausus est ordia, l. 4. Quone modo distracta rediret in ordia prima. Vocem autem prima, idem alicubi pro principijs vsurpat. Affinia his Cic. Academ. Quæst. lib. 1. Itaq; aër quoque (vtimur enim pro latino) ignis, & aqua, & terra, prima sunt: ex ijs autè ortæ animantium formæ, earumq; rerum quæ giguntur è terra. Ergo illa initia, vt è græco vertam, elementa dicuntur: è quibus aër, & ignis mouendi vim habent, & efficiendi: reliquæ partes, accipiendi, & quasi patiendi. Quid differant principium, & elementum, Plutarch. de placit. philosoph. lib. 1. cap. 2. Qui verò admirantur, quamobrem mundus cum constet ex contrarijs, siccis & humidis, frigidis & calidis, non dissoluatur, ijs admirationem facile adimet Aristoteles libello de mundo, appositis aliquot similitudinibus, petitis à ciuitate, à coniugio, ab artibus, pictura, musica, Grammatica. Iacob. Pont. TENER MYNDI ORBIS) Nominem mundi hic cælum est intelligendum, cui Plinius ait lib. 2. cap. 2. innumeras effigies animalium, rerumq; cunctarum impressas, & (vt in volucrum notamus ouisla) uitate continua lubricum corpus, quod clarissimi auctores dixere tenerum. Hic quereret aliquis, quinam sint illi clarissimi auctores, qui hoc sensu cælum tenerum senserint. Et putem Ciceronem esse, qui scripsit 2. de Nat. deor. qui terrâ tenero circumiectu amplectitur: quod Euripides dixit τὸ γυναικῶν ἐν ἀρχαίαισ. Nam τὸ γυναικῶν etiam molle, & tenerum est, quod Plinius interpretatur hic, lauitate continua lubricum. Sed & Maronem censeam ijs annumerandum clarissimis auctoribus. Quanquam meo iudicio & apud Maronem, & apud Plinium, mollitia quædam, & tene-

& teneritas poti⁹ naturæ significatur, quâ læuitas, & facies lubrica, politaq; et si aliter Plinio videtur. n. omnes prima origine teneritatē quandā habuere. Turneb. l. 24. De calo Verisimè dici potest, ait Philo, cōment. de Abrahamo, mūdo mundum factō à Deo, & diuina eius ornamenta caelestes illæ imagines. Tenerum mundi orbem vocat Maro, quoniam tum primò progenitus: sicut omnes res primo ortu suo mollitiem quandam suam habebat, et iam iam dicebat Turnebus: postea cum tempore firmitudinem suam nanciscerentur, & adolecebant quodammodo. Itastis Virgilij mentem declaratam opinor. DISCLUDERE NEREA PONTO)

*Diffugere inde loci partes capere, paresq;
Cum paribus iungires, & discludere mundum.*

Macrob. lib. 6. Saturnal. cap. 4. Virgiliiana hæc cum Lucretianis istis comparat. *Discludere* autem, id est, discernere, distinguere, disparare. NOVVM SOLEMLV-

ACESCERE) Epicureum est, solem non esse ab omni interitu alienum, & caeleste corpus, seu stellam: sed meteoron, quotide ex vaporibus accensis nouum, exoriens, & deflagrans. Lucret. lib. 5.

Idæis fama est e montibus altis

Dispersos ignes orienti lumine cerni.

Inde coire globum quasi in unū, & conficere orbem.

* Sol, ait Varro lib. 4. Vel quod ira Sabini: Vel quod solus ita lucet, & ex eo dies sit. Luna, quod sola lucet noctu. Itaq; ea dicta noctiluca in palatio: nam ibi lucet nocte templum. ALTIVS SYMMOT.

NUB. C. IMB.) Altius sursum motis, id est, elatis vaporibus, & in nubes densatis. Quomodo generentur pluuiæ, docet Lucret. lib. 6. ab eo loco, *Nunc age quo pacto pluuius conrescat in altis Nubibus humor.*

INCIPIANT SYLVÆ) Bonum sanè secutus est ordinē,

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucasasq; refert volucres, furtumq; Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: vt littus Hyla Hyla omne sonaret.

45 Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaen niuei solatur amore iuueni.

Ah virgo infelix, quæ te dementia cæpit?
Prætides implerunt falsis mugitibus agros:

50 At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est
Concubitus: quamuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.

Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hyacintho.

55 Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite Nymphæ
Diçtææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus.

Si qua fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. forsitan illum

60 Perducant aliqua stabula ad Gortynia vaccæ.

vt post solis, & pluuiarū commemorationem ortas dicat sylvas, & animalia cuncta procreata. Seruius. PERIGNOTOS MONTES) quippe quos tum primum videbant.

HINC LAPID. PYRRHÆ.) Vide quæ dicentur i. Georg. super illo, *Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem, Vnde homines nati.* Quæstio est hoc loco. Nam relictis prudentibus rebus de mundi origine, subitum ad fabulas transitum fecit. Sed dicimus, aut exprimere eum voluisse sectam Epicuri, quæ rebus serijs inserit semper voluptates: aut fabulis plenis admirationibus, puerorum corda mulcere. Nam fabulæ causâ delectationis inuenta sunt, vt ipse in Georgicis dicit, *Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.* Quod autem dicit, *regna Saturnia*, fabularum ordinem vertit. Nam quo tempore Saturnus regnauit in terris, non fuit diluuium: sed sub Ogyge rege Thebanorum. Secundum autem diluuium fuit sub Deucalione, & Pyrrhæ. Seruius. CAUCAS. VOL. FVRTVMQVE PROM.) Horat. Ode 3. lib. 1.

*Andax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem aethera domo
Subductum, macies, & noua febrinum*

*Terris incubuit cohors:
Semotiç, prius tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.*

De hoc furto eius, videndus Æschylus, vt etiam de pœna: nam à Vulcano iussu Iouis affigitur ad montem Scythiæ Caucasum, & adhibetur ei aquila, seu vultur, qui continenter cor eius exedat. Tangit Propert. l. 2. eleg. 1.

Idem Caucasæ soluet de rupe Promethei

Brachia: & a medio pectore pellet auem.

Fabulam de homine ab eodem, ex luto nempe, ficto, quæ est i. Metamorph. quem illo caelesti, & surreptitio igne animare voluit, confutat disertissimè Lactantius lib. 2. cap. 11. Fuit & alia tragœdia Æschyli de Prometheo *λομείσθ*, soluto, quæ nunc non extat. De ea loquitur Cicero 2. Tuscul. his verbis. Veniat Æschylus, non poeta solum: sed etiam Pythagoreus (sic enim accepimus.) Quomodo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtū Lemnium, *Vnde ignis lucet mortalibus, clam dimissus? cum Prometheus doctus clepsisse dolo, pœnasq; Ioni fato expendisse supremo.* Has igitur pœnas pendens affixus ad Caucasum, hæc dicit, &c. * Adscribam nihilominus emblema Alciati 102. de Prometheo: tu eruditam

& vberem explanationem, quam affert Claudius Mimos, legito. *Caucasæ*

*Caucaſea eternum pendens in rupe Prometheus,
Diripitur ſacri præpetis ungue iecur.
Et nollet feciſſe hominem: ſiguloſq; perofus
Accenſam rapto damnat. ab igne facem.
Roduntur varijs prudentum pectora curis,
Qui cali affectant ſcire, deumq; vices.*

Tam de illo omnium gentium parente Adamo, à rerum omnium fabricatore deo in has oras luminis procreato, Philo Hebraus lib. de Opificio dei ad hunc modum. Sequitur neceſſario, omni ratione pulchri exemplaris pulchram eſſe imaginem. Nam dei verbum etiam eam que in natura conſpicitur pulchritudinem ſuperat: quippe nõ ornatum elegantia, ſed ipſum ornamentum illius (ſi verum fateamur) decentiſſimum. Talis mihi videtur factus primus homo, tũ corpore, tum animo omnium quotquot ſunt, fueruntque præſtantiſſimus. Nos enim hominum ſatu progignimur: at illum deus ipſe condidit. Quantò autè melior auctor, tantò melius ipſum opus.

HYLAM NAVTÆ QVO FONTE) De iſto puero, quomodo, quaq; occasione raptus ſit à nymphis, tota pene eleg. 20. lib. I. narrat Propert. In extrema ſic eſt.

*Prolapſum leniter facili texere liquore,
Tum ſonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat reſponſa, ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.*

Hylas Theodamantis, & Menodices filius, in ſigni forma iuuenis, Herculem in Colchos proficiſcentem ſecutus cum Argonautis, in Mœſia, vbi aquatum deſcendit, in fonte perijt. Hinc ſcilicet à nymphis ob amorem raptus fingitur. De fruſtra vociferantibus, aut generatim, de nihil proficientibus proverbiũ, Hylam in clamas. Vide Chiliad. In hunc puerum Auſonius argutè.

*Aſpice quam blanda necis ambitione fruatur,
Letifera experiens gaudia pulcher Hylas.
Oſcula, & inſeſtos inter moriturus amores
Ancipites patitur Naiadas Eumenidas.*

Sed quã fabulam Maro de Hyla amiſſo paucis perſtrigit, eam Theocritus Idyll. 13. quod Hylas inſcribitur, vberius exequitur. Solinus capite 44. flumen Bithyniæ Hylam eſſe narrat, quod Pruſiadem urbem alluat: item lacum, in quo reſederit puer Hylas, raptusq; ſit à nymphis, in cuius memoriam, inquit, uſque adhuc, ſolenni curſitatione lacum populus circuit, & Hylam voce clamat. De hoc Seneca, Medea, choro tertio.

*Mortè quod crimen tener expiavit
Herculi magno puer irreperitus?*

In quem locum vide Commentar. M. Antonij Delrij. Jacob. Pont. PASIPHAEN NIVEL. A) De Paſiphæ, & Minotaurum licet conſulas lib. 6. Æneid. *Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq; furto Paſiphæ, &c.* Vnde amor tauri Paſiphæ, Diodor. lib. 4. cap. 13. Quis ille taurus fuerit, & alia quædam huc ſpectantia, Palæphatus in Paſiphæ. Fabulæ meminit & Propert. lib. 2. eleg. 32.

*Vxorem quondam magni Minois (vt aiunt)
Corripuit torui candida forma bouis.*

Non credunt mulieres, inquit Plutarchus in præcept. coniugal. Paſiphæ, cum regis eſſet vxor, bouem adamalſe, quum tamen videant, quaſdam, qui auſteros, & temperantes non ferunt, intemperantibus, & libidinoſis, veluti canibus quibuſdam, aut hircis, libentius conſueſcere. Iacob. Pont. AH VIRGO INFÆLIX.) Virginem hinc à viridiore atate Seruius deducit, quod Paſiphæ iam Phædræ, Ariadnes, & Androgei mater fuiſſet. Sic & παρθένον Græci pro corrupta. Euripides Ione. Ζηλείθαι χη πρώτον μὲν εἶ τις δελφίδων ἰεκέσ᾽ ἀσεῖς τὸ δὲ ναὸς ἐξέθνηκε παρθένον. Et Terent. Hecyra, mulierem poſt partum vocat virginem. Sic Iureconſulti virginem viripotentem mulieris appellatione contineri volunt. German. * Quia nimirum ſexus nomen eſt mulier, non earum duntaxat, quæ virum paſſæ ſunt: & conuenit eiſ etymon peraq; in Virgines, quando quidè à mollitie dicta eſt mulier, quaſi mollior. Neque verò Teutonicum vocabulum aliud, quam iuuenilem atatem, ſeu viridiores annos in ſexu femineo ſignificat, Iungſtravv. Caterum quia adoleſcentia cuiſ ſe ſretra cupidinum inſinuant, propria eſt pudicitia, & caſtitas, idcir-

Ac harum virtutum notionem adeptum eſt hoc nomen virgo: & in quibuſcunque integritas iſta corporis fuerit, non quidem ſi verbi ſed & ſu quodam conſenſuq; Virgines Vocitantur. PROETID. IMPL. E. M. A) De genere, infania ſeu furore, & purgatione Proeti filiarum, vide quid referat Politian. cap. 50. Sed quoniam minus plana, & aliquanto verbosior eſt eius diſputatio, comprehendam breuiter, vt fecit in Vitruuij cap. 3. lib. 8. eius explanator Philander. Ælian. ποικιλ. iſοείας lib. 3. Elegen, & Cælenen nominat Proeti filias. Ha, vt eſt ſcriptum apud Seruium, cum ſe Iunoni in pulchritudine prætuliffent, mota illa, hunc errorè mentib⁹ earum immiſit, vt ſe vaccaſ putarent, adeo, vt plerunq; gement, & aratra timerent. Melampus eaſ poſtea purgaſſe perhibetur, elleboro nigro, vt auctor eſt Dioſcorides lib. 4. cap. 133. quod idcirco Melampodiũ nuncupatum. Plin. lib. 5. cap. 25. memorat dato lacte caprarum, quaſ elleboro purgataſ animaduertiſſet, ſanaiſſe Proetidaſ. Adi Lutatium in Statij Thebaid. lib. 2. TAM TVRPEſ PECVDVM CONCVBITVS) Gryllus in ſuem conuerſus Circao poculo, cum Vlyſſe diſputans apud Plutarchũ, libro, Quod bruta ratione vtuntur, beſtiarumq; partes aduerſus homineſ agens, vbi de temperantia diſſerens, ea noſ longè ab illiſ vinci oſtendit, hoc ſceleſtiſſimum, ac fœdiſſimũ genus libidiniſ ita nobiſ exprobrat. Sed intemperantem libidinem veſtram, quamuiſ legem habeat adiutricem, natura tamen intra terminoſ nequam poteſt coercere. Illa verò tanquã torrentibuſ impuſſa cupiditatibuſ, ſæpenumero in rebuſ Venereis grandem contumeliã, & turbationem naturæ perpetrat, & confuſionem. Etenim cum capriſ, & ſuibuſ commiſcere ſe & viri tentarunt, & fœminæ propter ferarum moſeſ inſanierunt. Ex huiuſmodi verò nuptiſ & Minotauri, & Ægipaneſ, & (vt ego quidem puto) Sphingee, & Centauri vobiſ oriuntur. Et canis quidem propter famem aliquando aliquid hominiſ vorare neceſſitate cogitur, & auis interdum guſtare: ſed ad coitum homine abuti nulla vnquam fera conata eſt: homineſ autem & ad complura alia voluptate ducti, ſeraſ quam iniquiſſimè violant. ILICÈ SVB NIG. PALLENT. RVM. HERB.) Nigram ilicem, ymbroſam expone. Pallenteſ herbaſ, quæ ventriſ calore propria viriditate caruerunt. Ruminat, reuomit & denuo conſumit. Ruminatio dicta eſt à ruma, eminente gutturis parte, per quam admiſſuſ cibuſ à certis reuocatur animalibuſ. Seruiuſ. Rumen, ait Noniuſ, locuſ in ventre, quã cibuſ ſumitur, & vnde redditur, vnde & ruminare dicitur. Pomp. Proſtib. Ego rumorem parui facio, dum ſit, rumen qui impleam. Ex hoc verſu, & præcedente, tanquam ex archetypo, & è tabula quadam ſuoſ depinxit Calpurniuſ, eclog. 3.

*Nam cum prata calent, illic requieſcere noſter
Taurus amat, gelidaq; iacet ſpatiatus in umbra,
Et matutinaſ reuocat paleariuſ herbaſ.*

CLAVDITE NYMPHÆ DICTÆÆ NEM. SAL.) Poeta quoque Eclog. græco inducit Paſiphæ hęc ad Cupid.

*Εἰ ποθέειν μ' ἐδίδαξασ ἐν ἄρεσι τᾶνρον ἀλήτην,
Μυκλήμὸν με δίδαξον, ὅπως φίλον ἄνδρα καλέσω.*

Vt autem hinc Dictææ nymphæ, ſic & δικταίων δία ſæpiuſ poetæ. Montem Dictæum Callimachus ἀπὸ τῆσ δικλίνησ νύμφησ deducit. Νύμφαν μὲν δικλίναν ὄρεσ δὲ ὄθεν ἤλατο νύμφη δικταίων καλέουσι. Videtur potro hinc mihi, bona doctortum pace, ita conſtituenda huiuſ loci ſententia, vt hoc cum Seruio in perſona Paſiphæ dictum accipiamuſ, Nymphas velut ad venandum, & taurum, cuiuſ amore flagrabat, plagis, retibuſque cingendum, & capiendum concitantuſ, cum erro, vaguſq; nimium, huc illuc pro libidine, nec ſatiſ Paſiphæ in amore obſequens ageretur, ferreturque. In eandem partem eſt apud Tibullum. Eclog. 4. lib. I. uſurpatio eiuſdem verbi, eo verſu.

*Nec, velit in ſidias altaſ ſi claudere valles,
Dum placeaſ, humeriſ retia ferre negoſ.*

K Vir-

Virgil. 12. Aeneid.

Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, & punicea septum formidine penna.

German. ERRABUNDA BOVIS VESTIGIA) Inquirentibus nobis, quanam ratio & origo esset huiusmodi figuræ, populabundus, & errabundus, & latibundus, & ludibundus, multorumq; aliorum id genus verborum, ἐπιβόλος hercule Apollinaris noster, sibi videri ait, particulam istam postremam, in qua verba talia exeunt, vim &

Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.

Tum Phaetontidas musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum

65 Aonas in montes vt duxerit vna sororum,

Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:

Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,

Floribus, atque apio crines ornatus amaro,

Dixerit: Hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ,

70 Aescæo quos ante seni, quibus ille solebat

Cantando rigidas deducere montibus ornos.

His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:

Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.

HESPERIDVM MIRATAM MALA) Fabulam tribus B lib^o patri superstitib^o. PHAETONTIDAS MUSCO CIRCUM-
DAT.) Sorores tres Phaetontis, dum fratrem cursu Solis excussum, extinctumq; diurnis fletib^o prosequuntur, in

versibus complexus est Theocrit. Idyll. 3.

Ἴππομένησ' ὄρα δὴ τὰν παρθένον ἵθελε γάμοι,
Μὰλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν διόβμον ἀνυνην ἂ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐσβαδὺν ἀλετ' ἐρώτα,

Et certè Hippomenes Atalanta captus amore,

Mala ferens manibus calida decurrit arena,

Quem virgo interea rapido prauertere cursu

Ut vidit, perijtq; profundumq; hausit amorem.

Intelligit ergo Virgil. Atalantæ Schœnei regis Scyri infule filiam, quâ velocitate pedum superauit Hippomenes, dum inter currendum poma tria aurea projiciens, eorum collectione puellam retardat. Quare cum aliter se cuiquam nuptum daturum pater negasset, ex pactis & conuentis eam vxorem sibi cepit. Lege Ouid. Metamorph. lib. 10. qui poma hæc è Cypro Hippomeni à Venere dono data, nō ex Hesperidum hortis desumpta canit, de quibus dicitur lib. 4. Aeneid. ad illos versus.

Hesperidum templi custos, epulasq; draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos.

De ista Atalanta Catull. quoque.

Tam gratum id mihi, quam ferunt puella

Pernici aureolum fuisse malum,

Quod zonam soluit diu ligatam.

Legimus & aliâ extitisse Atalantam, Iafonis, seu Iafionis filiam, de qua Propert. lib. 1. eleg. 1. quod factū, vt ambarū D historię permutarentur, confunderenturq;. Narrat aut vtriusq; propria Muret. Schol. in Propert. Iacob. Pont.

Veteres tanto in honore oues habuere, vt ex ijs tantum opes fieri existimarent: & pecuniam, & pecuniâ inde dicta Iureconfulti aiunt: ideoq; fictum, oues lanam olim auream habuisse. Hinc cum Hercules ex Africana victoria nihil præter oues abegisset, aurea mala secum asportasse dictus est: μίλον enim dicitur ovis, & ea locutione pomū vsurpatur. Sunt. n. qui scribāt, in illis hortis, qui Hesperidū fuisse dicuntur, oleastro tantū progerminare: alij aut cotonea ibi lætissimè prouenire tradūt, eaq; à colore aureo nuncupata. Nā quæ in manu Herculis poma tria statuuntur in antiquissimis ex ere statuis, cotonea sunt. Pierius. lib. 10. Mala Hesperidum, refert Palæphatus fuisse oues pulcherrimas, & foecundissimas aureas vocatas, quia pulchra quæque aurea dicuntur. Quas in littore pascentes, cum custode illorum dracone Hercules abstulerit, Hesperidib^o duab^o Hesperidi-

A copiam, & quasi abundantia rei, cuius id verbū esset, demonstrare. Vt letabundus is dicatur, qui abundè letus sit: vt productio hæc, & extremitas, largam & fluentem vim, & copiam declaret. Gell. lib. 11. cap. 15. Videtur hic Maro taurum Pasiphaen, & gregem solitum fastientem, alteriusq; armenti appetentem describere: qualem ferè Græci ἀλιμαγελῶνα vocant, tanquam seorsum à grege pascentem, & diuortia gregis quærentem, & à pasculis deerrantē. Vide adagiū, Abijt taurus in syluā. Germa-

lib^o patri superstitib^o. PHAETONTIDAS MUSCO CIRCUM-

DAT.) Sorores tres Phaetontis, dum fratrem cursu Solis excussum, extinctumq; diurnis fletib^o prosequuntur, in populos (quanquam Virgil. alnos habet, licentia poetica videlicet, qua in vno aliquo genere vnam speciē pro altera nominare consueuerunt) conuertuntur. Earum lachrymas solis calore duratas electrū effici creditum. Metamorphosin ipsam è lib. 2. Nafonis age depromamus.

Luna quater iunctis impletat. cornibus orbem,

Ille more suo (nam morem fecerat vsus)

Plangorem dederant: è queis Phaëtusa sororum

Maxima, cum vellet terra procumbere, quæta est

Diriguisse pedes. Ad quam conata venire

Candida Lampetie, subita radice retenta est.

Tertia cum crinem manibus laniare pararet,

Auellit frondes, hæc stipite crura teneri,

Ille dolet fieri longos sua brachia ramos.

Dumq; ea mirantur, complectitur inguina cortex,

Perq; gradus uterū, pectusq;, humerosq;, manusq;

Ambit: & extabāt tantū ora vocantia matrē. &c.

Earundē Heliadū memoriā celebrat in Culice suo. Virgil.

At quibus insigni curru proiectus equorum,

Ambustus Phaeton luctu mutauerat artus,

Heliades teneris amplexæ brachia truncis,

Candida fundebant tentis velamina rami.

Lib. 10. Aeneid. vbi fabulā Phaetonteam tangit, & huiusce metamorph. rursus mēinit, vulceas in populos cōuerfas
Namq; ferunt luctu Cygnum Phaetontis amati,
Populeas inter frondes, vmbra q; sororum
Dum canit, &c.

Caussam ibidem indicat German. Nomina earum Hyginus cap. 54. recenset hæc. Merope, Ægle, Lampetie, Phœbea, Etherie, Diocippe, Alij alia. Ouid tres enumerans, duas primas Phaëtulam, & Lampetien nominat, vt viftidi. Fabulam Phaetontæ aurigationis adducit lib. de Astrol. Lucian. eamq; μυθολογικῶς hoc tantū esse vult, eum solis cursum deprehēdisse: non quidē verè, sed morientem quandam artem imperfectam reliquisse. Hanc ipsam recitat Diodor. lib. 5. c. 8. Eridani accolæ (in quem fluuium ille decidit) irridet Plutarch. lib. de fera numinis vindicta: qui eum nigris vestibus induti post tot secula lugebant, cum, qui eodem tempore vixerant, eius calamitatē nullo fuissent luctu prosequuti: Plin. l. 37. c. 2. quod Ouidius

Ovidius & alij de lacrymis fororū Phaetontis in electrū mutari solitis fabulantur, irridet. Phaetontis fulmine icti forores fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrū omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnē, quem Padum vocamus, & electrū appellatum, quoniam sol vocitatus sit Elector, plurimi poetæ dixerunt, primiq; ut arbitror, Æschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum, Italiæ testimonio patet, &c. Eandem narrationem repudiat Diodorus, aitq; electrū nasci in insula quadam Basilia. Iacob. Pont. SOLO PROCERAS ERIGIT ALNOS) Procera, proluxa, & in longum producta, quasi ex cera, ob eius facilitatē. Festus. Ut autem supra, Phaetontidas musco circumdat amaræ corticis, ita hīc erigit alnos. Mira, inquit Seruius, canentis laus, ut quasi non factam rem cantare, sed ipse eam cantando facere videatur. ERRANTEM GALVVM) Quamquam extremum quarti Georgicorum, quo amicissimi sui Galli, poetæ excellentis laudes pertractauerat, ab Augusto iussus esset tollere, non tamen facere potuit, quin & hīc, & in Eclog. 10. quanti hominem fecisset, quantumq; de eius facultate in carmine scribendo iudicium habuisset, ad posteros testaretur. AONAS IN MONT. VT DVX.) Non nescis, solere, poetas frequenter primigenia, seu primitiua loco deriuatorum adhibere. Ita hīc posuit Aonas montes, pro Aonios. Horat. Ode 36. lib. 1. *Nēu morem in Saliū sit requies pedū,* pro, in modum Saliarem. Curantiqui Musas simul & in montibus versari, & choros agitare, eademq; forores finxerint, aperit Syntag. de Musis Gyrardus. Propter scientiarum copulam & nexū, quo disciplinæ inter se coniunguntur. Hinc, opinor, cyclicas scientias appellat Martianus Capella, & encycliū constituit Vitruuius, & notissima est illa Græciæ vocata encyclopædia. Eadē de causa forores fuisse existimatas crediderim Adhęc in montibus dicuntur versari, ut ait Cornut⁹, quod secessu, & solitarijs maximē locis studiosi viri delectantur. Quin & Plutarchus lucos, & Musarum delubra quam longissimē ab urbibus statuta fuisse scribit, lib. de Curiositate. Sunt & qui ideo in Heliconis, & montium verticibus eas versari autument, quod ista sapientia, atque intellectus, ex quibus disciplinæ, ac scientiæ nobis comparantur, dicuntur in hominis capite (id quod in primis Platoni placet) ut in puriori, & eminentiori loco esse, quæ per Musas intelliguntur. VIRO ASSVREXERIT) Imitatione Homeri, qui hymno in Apollinē, deos omnes Phæbo ipsi affurrexisse cecinit. Fortasse etiam affurrectum dicit Maro Gallo à poetis, ob viri amplitudinē, & poetiæ peritiam, alludens, cre-

do, ad Accium, qui in collegio poetarum Iulio Casari Straboni assurgere dedignatus est. ut Valer. Max. lib. 3. cap. 7. scriptum reliquit, his verbis. Is (de Accio loquitur) Iulio Casari amplissimo, & florentissimo viro in collegium poetarum venienti nunquam affurrexit: non maiestatis eius immemor: sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret. Quapropter insolentiæ crimine caruit: quia ibi voluminum, nō imaginum certamina exercebantur. German. VT LINVS HÆC ILLI) De Lino quædam habes Eclog. 1. *Non me carminibus,* &c. De eodem Diodorus lib. 3. cap. 5. ex Dionysio vetusto scriptore, eum in Græcia numeros ac modulos primū reperisse, poësi & melodia excelluisse, frequentes discipulos, tres præcipuos habuisse, Herculem, Thamyrim, Orpheum, lege quæ sequuntur. ASCRÆO QVOS ANTE SENI) Hesiodus Alcræus (Alcræ oppidum Bœotiæ fuit) dum paternas oves custodit, in somnum lapsus, à Musis coronari, ab iisdem in Heliconem montem perducī, ibique Caballini, seu Hipocrenes fontis latices sibi bibere, & inde poeta euasisse visus est, quod initio Theogoniæ refert. Ad quod 6. Fast. alludit Ouid.

*Ecce deas vidi, non quas præceptor arandi
Viderat, Ascræas cum sequeretur oves.*

Idem.

*Non mihi sunt visa Clio, Clisq; sorores,
Seruanti pecudes vallibus Ascræis.*

Ed etiam respexit Persius præfat.

Nec fonte labra prolui Caballino:

Nec in bicipiti somniasse Parnasso

Memini: ut repente sic poeta prodirem.

Foquelinus in Persium. * Non dicit Hesiodus, se calamos, sed rami laurum accepisse, sibiq; à Musis vim, & facultatem carminū inspiratam. De arboribus à se motis nihil. Finxit hoc Virgilius. Vide in super Dissertationem cum Hesiodo apud Lucianum Tomo 3. Cuius hoc est principium. At poetam præstantissimum esse te, Hesiodes, & hoc ipsum à Musis vna cum lauro te accepisse, cum ipse palam in ijs, quæ à te edita sunt, indicas (sunt enim diuina, & admirationis plena omnia) tum nos rem ita se habere constanter credimus, &c.

CANTAN. RIG. DED. MONT. ORNOS) Calpurnius eclog. 4. de Tityro pastore. *blande cui sepe canenti Allu-
sere fera: cui substitit. aduena quercus.* GRYNÆI NEMORIS) Grynæum nemus est in finibus Ionijs, Apollini sacrum: quod si Gallus celebrauerit, nullo sibi luco, seu nemore tantum placebit Apollo. Seruius. * Quasi dicat, ingenium, & Senatus ita nobilitabunt hoc nemus, ut quamuis alia quoq; sibi dedicata Apollo habeat, tamen isto potissimum & maximē gloriaturus sit.

Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est

75 Candida succinctam latrantibus inguina monstribus,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto

Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus?

Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit:

80 Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante

Infelix sua tecta superuolitauerit alis?

Omnia quæ Phæbo quondam meditante beatus

Audijt Eurotas, iussitq; ediscere lauros.

Ille canit: pulsæ referunt ad sidera valles.

85 Cogere donec oves stabulis, numerumq; referre

Iussit, & inuito processit vesper olympo.

AVT SCYLLAM NISI) Alciatus, vir admitandæ eruditionis, ac paris facundiæ, in libello quæ *απεργων* iuris in scriptis,

inſcripſit, exiſtimat Virgilium naturam famæ ſequutū, quæ plerunq; mendax eſt, falſò hiftoriam de Scylla tradidiffe, atque ideo quæ Scyllæ Phorci filia congruebant, Scyllæ Niſi attribuiſſe. Bonus me hercule iſtius loci tuedi color. Nec ſemel inueniuntur iſtiusmodi perſonarum confuſiones. Apud Ariſtophanem in Auibus, Progne non in hirundinem, ſed in luſciniam transformatur. Itemq; in Ranis, quod mirabilius eſt, ἀνδρόγυνος non luſcinia, ſed hirundinis cantum appellat, cum tamen omnes Græci ἀνδρόγυνος pro luſcinia agnoſcant: nec Latini olim aliter ſenſere, vt ex illo Calpurnij verſiculo facillimè comprobatur.

*Aſtyle, credibile eſt, ſi vincat acanthida cornix,
Velocem ſuperet ſi turpis ædona bubo.*

Iam cum fabula ex etymo Philomenæ (quæ aliàs Philomela dicitur, à ſtudio canendi) ſit orta, mirum eſt Ariſtophanem in diuerſam partem ſic abijſſe præcipitem. Sed, vt dixi, in rebus affinibus confundunt hiftorias, nec Virgili⁹ longè diſceſſit ab illa miſcella, quippe qui ſtatim ſubiungat, *Quas illi Philomela dapes, qua dona pararit.* Certū enim eſt, Prognen ſuum filium Itym patri epulandū appoſuiſſe. Quod ſi iſtos colores non recipimus, præſto eſt & aliud effugium, ſi antiquorum voluminum fidem ſequi non reculemus, quorum aliqua ſi habent. *Quid loquar aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſequuta eſt.* Rurſus alij: *Quid loquar, an Scyllam Niſi, an quam fama ſequuta eſt, &c.* Alij rurſus: *Quid loquar, vt Scyllam Niſi, aut quam, &c.* quæ lectio mihi præter cæteras arridet, vt ſubiungatur per zeugma ab inferiore, *narrauerit*, hoc pacto. *Quid loquar, vt narrauerit Silenus:* qui cum deus ſit, errare non poteſt in cognitione hiftoriarum. Si quis tamen rerum geſtarum confuſiones malit, habet etiam exemplum apud Ouidium in heroicis, *ſive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum*, cum non ab Hectore, ſed à Memnone trucidatus ſit. Nannius, lib. 6. cap. 6. * *De canibus Scylla quædam protulimus ex Homero, & Lucretio ad lib. 6. Æneid.* Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæq; bifformes. *Adde ex Catullo.* Aut Scylla latrans infima inguinum parte. **VEXASSE RATES**) Nonnulli Grammatici ætatis ſuperioris, in quibus eſt Cornutus Annæus, haud ſanè indocti, reprehendunt quaſi incurioſè, & abiectè verbū poſitū in his verſibus. *Vexaſſe enim putant eſſe verbū leue, & tenuis, ac parui incommodi, nec tantę atrocitati congruere, cum homines repente à bellua immaniſſima rapti, dilaniatq; ſint.* Sed ita reſponderi poſſe credo: *vexaſſe, graue verbum eſt, à vi atq; motu procul dubio inclinatum.* Nam qui fertur, & raptatur, atq; huc illuc diſtrahitur, is vexari propriè dicitur: taxare preſſius crebriusq; eſt, quā tangere, vnde procul dubio id inclinatum eſt: & iactare multo fuſius, largiusq; eſt, quam iacere, vnde id verbum traductum eſt. Non igitur quia vulgò dici ſolet, *vexatū quem eſſe fumo, aut vento, aut puluere, propterea debet vis vera, atq; natura verbi deperire, quæ à veteribus (quippe propriè, ac ſignatè locuti ſunt, ita vt decuit) conſeruata eſt.* M. Catonis verba ſunt ex orat. quam de Achæis ſcripſit. Cumq; Annibal terram Italiam luſtraret atque vexaret. *Vexatam Italiam dixit Cato ab Annibale, quando nullum calamitatis, aut ſeuitiæ, aut immanitatis genus reperiri queat, quod eo tempore Italia perpeſſa non ſit.* M. Tull. in Verrem. *Quæ ab iſto ſic ſpoliata atq; direpta eſt, vt non ab hoſte aliquo, qui tamen in bello religionem, & conſuetudinis iura retineret, ſed vt à barbaris prædonibus vexata eſſe videatur.* Gell. lib. 2. cap. 6. Macrob. lib. 6. cap. 7.

Rates vocant ligna colligata, quæ per aquam aguntur, qua voce interdum etiam naues ſignificantur. Feſt⁹. Item hoc nomine ſignificauerunt & remos. Attius in Neoptolemo. *Atq; ego repercutio ratibus mare.* Et alio loco.

A Sed iam propellunt rates ſalum. Rectè remi rates, propter ſimilitudinem. Nam remi ſuper aquam ſublatis à remigibus, eam ſpeciem referunt. Lege reliqua apud Scalig. in Feſtū. * *Ratiarius qui rates agit, germanicè Floſſman.* **QVAS ILLI PHILOMELA DAPES**) Mutationis Terei Thracum Regis in vpupam, vxoris eius Prognis in hirundinem, & fororis huius Philomelæ in luſciniam, exponit Ouid. *Metamorph. lib. 6. Higynus cap. 45. Apollodorus lib. 3. ad iſtum modum.* Pandion rex Athenarum ducta vxore Zeuxippe, matris ſuæ ſore, Prognem & Philomelam filias, & geminos Erechteum, Butemq; ſuſcepit. De in conflato in Labdacum bello de terræ finibus, in belli ſocietatem Tereum Martis filium de Thracia conuocauit, eoq; bello per eius auxilia præclariffimè geſto, Prognem filiam ſuam Tereo nuptum callocauit. Hic ſuſcepto ex eo Itye filio, Philomelam amore ſuccenſus vitiat: eamq; ſimulato Prognis obitu, ruri celat, & huiusce loco Philomelam ductam comprimit. Inde huic linguâ deſecuit. Ea vero per litteras in peplo contextas ſuas ipſi⁹ Prognæ ſorori miſerias ſignificauit. Hæc poſt quaſitam germanam, Itym puerum trucidatum, elixatumq; Tereo inſcio epulandū appoſuit, ac repente cū ſore profugit. Tereus cognito facinore arrepta ſecuri fugitantes inlequitur. Hæc vero, cum iam Dauliam Phocidis urbē perueniſſent, circumſeptæ deos rogant in aues mutari. Tū Progne ſit luſcinia, Philomela in hirundinē, Tereus in vpupam tranſmutatur. Conſule item Pauſan. lib. 1. qui cenſet, ideo in hæc aues illas duas conuerſas fingi, quod vtraque, & hirundo, inquam, & luſcinia miſerabiles & luctuoſos cantus edit. Vide nihilominus Indicem Erythraei in Philomela.

Commentū de Tereo, Progne, & Philomela inferit obiter lib. 2. hiftoriarū ſuarum Thucydides. Maxima pars Thracū, inquit, libera eſt, ſuisq; legibus viuunt. Neque hic Teres antiquū illum Terea, cū quo Progne Pandionis filia nupta fuit, vlla cognatione attingit. Neq; ex eadem Thracia erant. Nam alter Tereus, partem eius regionis, quæ nunc Phocis appellatur, vbi Daulia oppidū eſt, tenuit, quo in loco tunc Thraces habitant. Et Progne cū ſore illud facinus in Itym perpetrarunt in hac terra, ſicut & multi ex poetis, cum in carmine Philomelæ mentionem faciunt, Dauliada hanc auem nominare ſolent. Hætenus ille. Teſtimonio eſt illud Catulli (quanquā Thucydides de Græcis poetis loquatur)

*Qualia ſub denſis ramorum concinit vmbriſ
Daulias, abſumpti facta gemens Ityli.*

Horatius Ode 12. lib. 4. dum veris aduentum, ſeu initium deſcribit, de eodem luctu huius auis.

*Nidum ponit, Itym ſtebiliter gemens,
Infelix auis, & Cecropia domus*

*Eternum opprobrium, quod malè barbaras
Regum eſt vlti libidines.*

E Martialis lib. 10. *Iſmarium pellex Attica plorat Itym.* Luſcinia dicitur, quod luctuoſè canere exiſtimatur, inquit Varro lib. 4. de ling. lat. atque eſſe ex Attica Progne in luctu facta auis. Immo Progne in hirundinem abiit. Sed poetæ loco Prognis, vt vidimus, Philomelam nominat. Quare autè hieroglyphicè muſicam ſignificet Luſcinia, docet ex Plinio Pierius lib. 28. Iacob. Pont. **QVO CURSV DESERTA PETIVERIT**) Cursus eſt pedum velocitas. Virgil. lib. 5. *Hic qui forte velint rapido contendere curſu.* Curſus volatus. Item lib. 6. *Eſte duces o ſi qua via eſt, curſumq; per auras Dirigite in lucos.* Ita hoc etiam loco. Curſus itè nauigatio. Virgil. 3. Æneid. *Sed tibi qui curſum ventis, qua fata dedere?* Cic. de repub. lib. 3. *Quæ curſu frumento onuſtas petentes Rhodum viderit.* Nonius. **OMNIA QVÆ QVONDAM**) Valet vox quondam Virgilio frequenter, quod

ter, quod apud Græcos *αὐτῆς*. Præter hunc locum testis A
est & ille 3. Georg. *Et quondam in stipulis magnus sine vi-*
ribus ignis Incassum furit. Et lib. 4. *Frigidus ut quondam*
siluis immurmurat Auster. Et 2. *Æncid.* de Hectore. *ut*
quondam, aterq; cruento Pulvere. Ibidem. *Quondam eti-*
am victis redit in præcordia virtus. Iacob. Pont. *AVDIT*
EVROT. IVSSIT QVE. E. L.) Eurotas ab Apolline quõ-
dam est frequentatus, ut etiam à Diana sorore (ut patet
ex illo *Æncid.* 1. *Qualis in Eurota ripis, aut per iuga Cynthi*
Exercet Diana choros) vel propter amorem, & memo-
riam Daphnes, & Spartani amasij Hiacynthi: vel etiam
ob laurorum copiam, & amœnitatem, quibus ripæ am-
nis illius perpetuo tractu prætexi dicuntur, quas & vo-
cales Græci Poetæ celebrant. German. * *De lauro & e-*
ius generibus plurimis, si te hoc fortè iuuabit, lege Plin. lib. 15. cap. 30.
PVLÆ REF. AD SID. VALLES) Lucret. lib. 2. *clamoreq;*
montes Icti reieclant voces ad sidera mundi. Ex locis in
quibus refunditur sonus (echo vocant) sunt etiam valles.
COG. DONEC OVES STAB.) Clausula bucolica. Simi-
liratione claudit eclog. 2. Nemesianus.

Sic pueri Donacen tosto sub sub sole canebant:
Frigidus è siluis donec discedere suavit
Hesperus, & stabulis pastos inducere tauros.

Et tertiam.

Hac Pan Menalia pueros in valle docebat:
Sparfas donec onus campo conducere in unum
Nox iubet, vberibus suadens siccare fluorem
Lactis, & in niveas astriclum cogere glebas.

Finitur Ecloga inani fabula de Phœbo. Relata sunt quæ-
dam falsa, ut ostenderetur Epicuræ doctrinæ vanitas.

Cantatæ autem cantilenæ numero 10. 1. de ortu mundi,
rerum ac animalium, hominum. 2. de aureo sæculo,
quod tamen vix attingit. 3. de furto, & supplicio Prome-
thei. 4. de Hyla. 5. de Pasiphae. Nam Prætidum tantum
per comparisonem facta est mentio. 6. de Atalanta.
7. de transmutatione sororum Phaetontis. 8. de Gallo.
9. de Scylla. 10. de Tereo. *NUMERVM QVE REFERRE*
IVSSIT) Sic & Cæsar lib. 3. belli ciuil. Vniuersi Cæsarem
adierunt, palamq; de eorum iniuriis sunt questi, & ad cæ-
tera addiderunt, falsum ab his equitum numerum re-
ferri, quorum stipendium auerterent. German. *IN VITO*
PROCESSIT. V. O) Ab Homero possit hunc tropum
mutuatus videri. *Iliad.* 6.

Ἡ ἑλιον δ' ἀλάμνα βοῶπις πῶτνια ἦεν
Πέμψεν ἐπ' ἀνεανοίῳ ροῆς ἀέκοντα νέεσθαι.

Tantam voluptatem habebat cantus Sileni, ut ipsum
quoq; cælum, quod assidua & irrequieta motione cir-
cumueratur, stupefactum hæreret, vesperiq; superue-
nienti ingratis cederet, solemq; suum inuitò occasum
deduceret. Hic sensus est verborum. Proinde quasi o-
lympus esset animo præditus, vtereturq; auribus, & iu-
cunditatem cantus perciperet. Vsitata hæc figura poetis,
affingere nimirum sensum non sentientibus, & ratio-
nem non ratiocinantibus. Sic Ouid. 1. *Metamorph.* non
valde dissimiliter Maroni. *Sedit Atlantiades, & euntem*
multa loquendo Detinuit sermone diem. Vel ipsum solem
vocat diem, qui auctor & effectus est dici: vel olympum,
qui vehit diem, id est, solem. Tam libenter itaque dies
Mercurium, quàm hic olympus Silenum auscultauit.
Iacob. Pont.



Ecloga septima. Melibœus.

SYNOPSIS.



*C*orydon, & Thyrsis amœbæis inter se versibus collusuri erant: ad Daphnidem u-
terque certaminis eius arbitrium detulerat. Daphnis Melibœum, fortè fortuna
prætereuntem, & caprum qui à grege deerrauerat vestigantem, ad audiendum
inuitat: istuc primùm narrat Melibœus. Et est diserta in primis, mirumque in-
modum festiua & luculenta narratio. Ipsa quoque caussa, quæ Melibœum eò loci
compulerit, vbi & Daphnim offenderet, & pastoritiæ huic velitationi interesset, appositè conficta
est. Postea ipsemet utriusque versus memoriter recitat, & ad finem à iudice secundum Cory-
donem fuisse pronuntiatum significat. Opinio est, poetam sub persona Corydonis, penes quem vi-
etoria, suam ipsius in isto carminis genere præstantiam insinuare: ut quantumuis Bacchi nu-
mine afflatus aliquis, frustra secum de palma contentionem suscepturus videatur: id quod
Thyrsidis appellatio latenter monet. Cuius nomine sunt qui Bauium, vel Meuium, vel
Anserem poetas trioboli, notatos existimant, quibus ipsis alibi Maro infamiae notas sempiter-
nas inussit. Argumentum ex diuersis Theocriti Idylliis coagmentatum apparet,
quod & Seruius non tacuit. Sed tamen ita ingenio & industria elabo-
rata omnia, ut non aliunde petita, verùm domi nata
videri meritò queant.

EX-